



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum

Höger, Franz


Ingolstadij, 1726

VD18 90197089

Dominica Resurrection.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53055)

fuit, ita etiam nunc à nobis coli oportet. I. Mortificatione Corporis. II. Abdicatione omnis generis Deliciarum, III. Purgatione animæ à Peccatis. IV. Cessatione, quantum fieri potest, à Labore manuali. *Faber hic Conc. 3. item Kybler tom. 2. fol. 843.*



DOMINICA RESURRECTION.

THESIS I. *JESUM queritis Nazarenum Crucifixum: Surrexit.* Marc. *vita crucifixa.*

16. v. 6. Deus Christo in Resurrectione sua cumulatè restituit I. *Vitam Naturalem*, quam in Passione sua perdidit. II. *Vitam Civilem*, id est honorem, quem ipsi Judæj abstulerunt. III. *Vitam Moralem*, qua vivebat in corde hominum, qui ipsum deseruerunt. *Andreas Caviari part 2. Exercit. 24.*

THESIS. II. *Surrexit.* Marc. *Resurrectio.*
16. v. 6. I. Resurrexit in eo *Mundus.* II. Resurrexit in eo *Cælum.* III. Resurrexit in eo *Terra.* Erit enim *Cælum novum, & Terra nova.* *S. Ambrosius*

G 2

prof. lib. de Fide Resurrectionis. Vide
Breviario Dom. 5. post Pascha. Lect. 6. No
Aurni secundi.

Resurre-
ctio Pecca-
toris.

THESIS III. Surrexit. Marc.
16. v. 6. Veritas Resurrectionis Do-
minicæ probatur I. Ex Terræ concu-
sione. II. Lapidis revolutione. III.
Custodiæ disiectione. Sic Resurre-
ctio vera Peccatoris probatur I. Si co-
dolore concussus. II. Si tumultus
pertus est per Confessionem. III.
Si pravi habitus recesserunt. Vivien-
Tertul. Predic. Verbo Christus resuscita-
tus.

Mutatio
Vitæ.

THESIS IV. Surrexit: Novus
hic. Marc. 16. v. 6. Resurrectio
Christi duo includit: I. Mutationem
statûs prioris. II. Constantiam in novo
statu. Quid prodest, quia humiliati
ni, si non mutamini? S. Aug. Chris-
tus resurgens ex mortuis, jam non mor-
ritur mors illi ultra non dominabitur.
Ita & vos Rom 6. Ut quomodo Chris-
tus resurrexit à mortuis, ita & nos
novitate vitæ ambulemus. Rom. 6.
Nepveu. Medit. Fer. 3. Paschatis.

Resurre-
ctio.

THESIS V. Surrexit: Novus
hic.

hic. Marc. 16. v. 6. Christus per Resurrectionem immutatus est I. Ab humili forma servi ad Dei Sublimitatem. II. Ab ignominia forma ad Gloriam & honorem. III. A passibili & mortali forma ad Impassibilitatem, & Immortalitatem. *Vivien. in Tertull. Verbo Christi resuscit.*

THESIS VI. Surrexit verè. Ec ^{Resurre-}_{ctio.}
cles. Tria Resurrectionum genera in Scriptura reperire est. I. Prima *Apparenter* facta, qualis fuit illa Samuëlis per Magicas artes Sauli exhibita. II. *Secunda Vera, sed Imperfecta* Lazari, qui iterum mortuus est. III. *Tertia Vera & Constantis* Christi, qui resurgens jam non moritur. Ita habet se etiam Resurrectio diversa Christianorum. Aliqui tantum resurgunt apparenter, qui tantum ex necessitate, vano respectu, vel consuetudine in Pasce accedunt ad Confessionem. Aliqui resurgunt per Penitentiam verè, sed tantum ad tempus, postea redeunt ad peccata. Aliqui resurgunt verè, & constanter, qui non amplius peccant. *Didacus Niss. in Serm. Quadrag. Serm. ultimo, seu Periocha 6. item Nepveu. ser. 3. Pasce.*

Premium.

THESIS VII. *Surrexit.* Marc. 16. v. 6. Quatuor sunt emolumenta in Resurrectione, opposita damnis in Passione. I. *Gaudium* locò tristitiæ, quo etiam veluti spiritali fruitur anima resurgens. II. *Honor* locò opprobrij infinitè major; item *Excellentia* locò humiliationis, quæ etiam anima pœnitenti accedit per *Gratiam*. III. *Pulchritudo* locò deformitatis sanguinolentæ. IV. *Vita* locò Mortis æternæ. Quæ omnia ornamenta Anima acquirit per *Gratiam*.

Victoria.

THESIS VIII. *Surrexit.* Marc. 16. v. 6. I. Christus reviviscens vicit *Elephantem*, scilicet Mundum. II. Christus reviviscens vicit *Leonem*, scilicet Diabolum. III. Christus reviviscens vicit *Crocodyllum*, scilicet Mortem. De triplici hac *Victoria* vide *Drexelum de Christo Resurg. c. 9.*

Vita triplex.

THESIS IX. *Surrexit.* Marc. 16. v. 6. Triplici Resurrectione triplicem vitam recipit Christus Resurgens. I. Primò recipit *Vitam Naturalem* resuscitando seipsum; Gloriosior ista, quàm illa *Nativitas*; illa enim

corpus mortale genuit , hæc dedit immortale. S. Aug. Serm. de tempore 129. II. Recipit *Vitam Civilem*, se resuscitando in Existimatione Hominum, quam reparavit gloriosissimè ; Fecit transitum à supplicijs reorum ad frontem Imperatorum. S. Aug. loquens de Cruce. III. Recipit *Vitam Moralem*, se suscitando per gratiam suam in corde suorum Apostolorum ; Resurrexit propter Justificationem nostram Rom. 4. Hiuc Tertullianus bellè nominat Mortuos, qui cum Christo resurrexerunt è tumulis : Appendices Resurrectionis. *Jacobus Biroat. Ord. Cluniac.*

THESIS X. *Surrexit.* Marc. 16. *Resurrectio.* v. 6. Resurrectio Christi est I. Defunctis *Vita.* II. Peccatoribus *Venia.* III. Sanctis *Gloria.* *Eusebius Emis. hom. 2. de Symbolo.*

THESIS XI. *Surrexit : Non est Sepulchrū.* *hic.* Marc. 16. v. 6. Corpus Christi I. fuit *in Sepulchro* sine ulla corruptione. II. Surrexit è *Sepulchro* sine ullo auxilio, III. Vivit extra *Sepulchrum* sine omni Periculo, ut remoriatur. Non ita Lazarus &c. *La Selve hic tom. 2. fol. 317.*

*Resurre-
ctio.*

THESIS XII. *Surrexit.* Marc. 16. v. 6. Resurgentium tria genera. I. *Fictum.* II. *Verum.* III. *Perfectum.* Vide *Didac. Nissen. ser. 2. post Pascha. S. uti supra.*

Mors.

THESIS XIII. *Surrexit.* Marc. 16. v. 6. Mors imposterum non nisi Somnus. Christus nempe primitiae dormientium 1. Cor. 15. v. 20. Qui dormierunt in Christo. *ibid.*

*Resurre-
ctio.*

THESIS XIV. *Surrexit.* Marc. 16. v. 6. I. Promptitudo Resurrectionis Christi fortissimum *Potentia* sua argumentum est. II. Fidelitas in Resurrectione sua certissimum testimonium est prae dicatae *Veritatis.* III. Fructus Resurrectionis suae evidens pignus est *Misericordiae* suae. *Dict. Apost.*

THESIS XV. *Surrexit.* Marc. 16. v. 6. I. Nullus hominum seipsum à morte suscitavit, quàm Christus. II. Nullus etiam suscitatus est, ut non amplius moreretur. III. Nullus denique suscitabit omnes homines, quàm Christus. *Durand.*

THE

THESES XVI. *Surrexit. Marc. Resurre-*
 16. v. 6. I. Resurrexit Christus : *ab-* *Etio.*
soluta res est. Corpuserat, Caro erat;
 pependit in cruce, emisit animam :
 posita est Caro in sepulchro ; exhibuit
 illam vivam, qui vivebat in illa ...
 Deus est, qui fecit. S. Aug. Serm. 137.
 de tempore. II. Sed etiam *absoluta*
res est ex parte nostra, Redempti su-
 mus à peccatis ; evasimus tyrannidem
 Diaboli ; resurgemus in hac ipsa carne,
 qua viximus.

DOMINICA I. post PASCHA.

THESES I. *Ostendit eis manus, & vulnera*
Christi.
latus. Joan. 20. v. 20. Christus
 I. *Vulnera passus est.* II. *Vulnera o-*
stendit. III. *Vulnera retinuit.* Pri-
 mum scilicet, ut nos æterno Patri re-
 conciliaret, à dæmonis servitute re-
 dimeret, Paradisi portas aperiret. Se-
 cundum, ut suum Apostolis manife-
 staret amorem, ut eos in Fide firmaret,
 ut eos ad Patientiam excitaret. Ter-
 tium